Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tum in uitam æternam. ut qui seminat simul
gaudeat & qui metit. In hoc enim est uer
bum uerum. quia alius est qui seminat. &
alius est qui metit. Ego misi uos metere.
quod uos non laborastis. Alii laborauer
unt. & uos in labores eorum introistis.
Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in
eum samaritanorum. propter uerbum mu
lieris testimonium perhibentis. quia dixit
mihi omnia quecumque feci. Cum uenis
sent ergo ad illum samaritani. rogauerunt
eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos
dies. & multo plures crediderunt propter
sermonem eius. Et mulieri dicebant.
Quia iam non propter tuam loquelam credimus.
ipsi enim audiuimus. & scimus quia hic est
uere saluator mundi. Post duos autem

ϕ. xxxiiii.
VI
Φ xviiii.